P. GYLLII
de
BOSPORO
THRACIO
Lib. III.
LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Elzevirios. Anno CIↃ IↃC XXXII.
BOSPORUS.

Illuſtriſſimo & Ampliſſimo
Domino

D. CARDINALI ARMAIGNACIO,

Patrono & Mœcenati ſuo

ANTONIVS GYLLIVS S. P.

VEteribus non ſolùm is fuit mos, Card. ampliſſ. eis, qui inſignem ob cauſam, perpetuitatẽ meruiſſent, ſtatuas erigere: ſed ſummi etiam ipſi viri ſui corporis ſimulachra in publico collocata, conſpici voluerunt, nominis gloriæ ita conſulentes. Quod etſi ambitionis ſpeciem aliquam habere videretur, non uſque adeò tamen fugiendum, ſed ut virtutis monumenta quæque præclara cenſeo; ita illud multo perennius, quo ingeniorum quàm corporum effigies relinquuntur. Siquidem ſtatuæ & imagines vel vi convulſæ decidunt, aut vetuſtatis ſitu decoloratæ vaneſcunt: volumina verò (quæ

In æde divi Marcelli, Romæ, hæc ſunt inſcripta, unà cum effigie vita functi: ſed dico ſimilia, aut in pariete affixa, vel in marmoreo lapide ſculpta.

D. O. M.

Petro Gyllio, viro probo, utriuſque linguæ
doctiſsimo,
ex agro Albienſi apud Gallos nato,
ob ſingulares animi dotes, & indefatigabilem in
inveſtigandis antiquorum monimentis,
componendis, interpretandisq; omnium diſcipli-
narum libris, totius orbis luſtrandis,
indagandisque locis:
naturam, ſolertiam, & diligentiam publice,
privatimque laudatiſsimo,
Poſt longas annorum plus xl. peregrinationes,
terra, marique peragratas,
Galliam, Italiam, Græciam, Aſiam utramque,
& Africæ partem,
ac miraculoſam e manibus & carcere Piratarum,
Gerbeorum liberationem,
Romam quaſi poſtliminio reverſo, & in recolli-
gendis, ordinandisque rerum celebrium nar-
rationibus, dies, noctesque occupato,
Febre violentiſsima per dies xi. vexato, diem
ſuum in Chriſto Ieſu obeunti;
Georgius Cardinalis Armeniacus, patronus pien-
tiſsimus Clienti gratiſsimo,
in ſpem reſurrectionis mortuorum
benemerenti moeſtiſsimus,
Non. Ian. M. D. LV.
Po. Cu.
Vixit annos LXV. menſes, dies V. hor. IIII.